



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia Scholastica

Quinque Tomis Comprehensa ... ; Cum Triplici Indice

De Deo Atque De Ejus Possessione Cum Triplici Indice

Ulloa, Joannes de

Augustae Vindelicorum [u.a.], 1719

Approbatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81382](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81382)

APPROBATIO.



Ex Tract. S. August. in Joann. Tract. 30. **T**heologicas Disputationes de DEO, & ejus Possessione à R. P. JOANNE ULLOA Societatis Jesu feliciter exaratas, commissione accepta à Reverendissimo P. Magistro GREGORIO SELLERI, Sacri Palatii Apostolici Magistro, postquam acuratè perlegi, ac diligenter inspexi, coactus sum edicere cum Augustino, quod JOANNES HIC, QUASI IPSUM FIGUERIT IN TERRA AMBULARE, post enucleatas insigni calamo res philosophicas, ac naturales, EREXIT SE NON SOLUM SUPER TERRAM, ET SUPER OMNEM AMBITUM AËRIS, ET COELI, SED SUPER OMNEM ETIAM EXERCITUM ANGELORUM, OMNEMQUE CONSTITUTIONEM INVISIBILIAM POTESTATUM, ET PERVENIT AD EUM, PER QUEM FACTA SUNT OMNIA. Verus itaque virtute & nomine Joannis Æmulator, similis Aquilæ volanti, factus est LUCIS INTERNÆ, ATQUE EXTERNÆ FIXIS OCULIS CONTEMPLATOR. Exindè colligat quicumque Volumen hoc sacra, ac Catholicâ Doctrinâ refertum percurrit, QUAM SUBLIMIA LOQUI DEBUI, QUI EST AQUILÆ COMPARATUS. Felix iste, & prædilectus JESU Joannes ab ipso veritatis fonte fluentia sacrorum dogmatum hausit ad satietatem, & in communem utilitatem profudit. Nihil igitur orthodoxæ Fidei, aut bonis moribus contrarium, nihil à recta devians Doctrina in hujus sacri Scriptoris elucubrationibus metuendum; Nihil indigens litura; Omnia digna cedro, & publica Luce jure merito coronanda; Dignum siquidem est, quod, qui scripsit ut Aquila, renovetur ut Phoenix inter flammantia coelestium Doctrinarum odoramenta: sic ex animo censet, & salvo semper meliori judicio testatur. ROMÆ in Conventu S. Marcelli die 6. Febr. 1717.

F. ANGELUS MARIA VENTURA,
Sac. Theol. Magister, Doctor Theologus Collegiatus,
Examinator Synodalis, & totius Ordinis Servorum Vicarius Generalis Apostolicus.

PRO-